



DEO OPTIMO MAXIMO
UNI ET TRINO,
VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCAE,
Orthodoxorum Medicorum Patrono.



QUÆSTIO MEDICA*,

QUODLIBETARIIS DISPUTATIONIBUS
mane discutienda in Scholis Medicorum, die Jovis vigesimæ-prima
mensis Decembris, anno Domini M. DCC. LXXX.

M. ANTONIO MATHEY; Doctore Medico, Præside.

An Temperamenti diversitas, à diversa fibrarum constitutione?

I.

DERITUM te juvat Medicum haberi ; humanum corpus in primordiis fedulò inquire ; impigri meta laboris, ipsius cognitio. Propositi tenax, quo naturæ deteges arcana, quorum soleti ingenio alia, alia oculis investigabis. Naturam sibi semper similem singulas singulorum corporum partes, unâ velut elementari materiâ confusasse deprehendes ; genio indulge : hanc aggre- rem puta, partium minimarum, simplicium, terrefrium, vixque corporis viribus mutabilium, quaæ glutinis cujusdem ope tenuissimi unita, fibrillas dant omnium minimas, seu villos simplices, teretes, distractiles, elasticos, &c

* Authore M. Jacobo VERDELHAN DES MOLES, anno 1744.

Fibrillæ plures in unum aggestæ , variis in fasciculos , aut diversa abeunt strata ; siveque arte non parum miranda , singulas corporis partis efformant ; harum omnium concursu , & variâ dispositione nostra stupenda exurgit machina : dissimilium usq[ue] & structurâ , dissimilia forsitan suspicaris rudimenta ; at fuge quamlibet partem texiturâ solum dissimilem edocebit naturæ simplicitas , accurata partium embryonis evincet observatio . Verum curiosum naturæ perscrutator altiora indagare contendis . Quantus tibi imminent labor ? vel ipsi doctiores haerent in incerto , quâ arte molecula vermiculi formâ fluido innatans , aut in ovulo inclusa , evolvatur , accrescat , quodnam prius efformetur organum , quâ vi , quo dñe adunentur , cohærent , agantur omnes & singulae partes .

*Compago mira corporis nostri , dei
Miraculum est solertia .*

Naturæ mysteria tutius admiraberis , quâm temerè perscrutaberis . Natura iussus dei est qua res id quod est , & agit quod agere iussa est . Differuntur & augmentur omnia membra simul , non alterum altero prius , nec posterius . Quæ tamen natura sunt majora minoribus priora conspicuntur , licet non prius genita sint . Ex legibus ortu coaxis , à determinata partium structurâ & positione fluentibus , singulis animatae machine organis obeundi functiones nec impedita , nec retardata inditur facultas . At quanta varietas ? Quod in diversis individuis obseruanda discrimina ? Non morbi quidem sed idiosyncrasia , seu specificæ temperiei fons & origo ; quæ sanè temperies à villorum naturali constitutione repetenda .

I I.

CUNCTARUM corporis humani substantiam , molem , figuram , situm , connexionem , strukturam , communicationem , numerum sectionibus anatomicis quamvis sedula manu inquiras . detectas mechanismi corpore modum desiderabis , nisi solidorum actiones & fluidorum vires , simul & teorsini exploraveris . Fibra quevis distensionis & restitutionis capax , vi quâdam nativâ donatur , quâ distensa pristinum nititur recuperare statum . Hanc elaterium seu vim elasticam dixeris . Prævia adsit distractio , & causa distractens auferatur . Muculum , tendincum , nervum transversum feci , elaterii palam erunt effectus . Vis elasticæ prodversâ partium texturâ , nexus , situ , molilitate , flexibilitate , innumeros intentionis aut remissionis gradus obtinet . Huic propè similis , nec satis fortior explorata , actio tonica , villo in omni sensibili deprenditur , quæ absque prævia distractio sui præbet indicia haud obscura ; non voluntatis sed liquidi animalis , seu generis nervei soboles . Hujus major , nunc minor est energia . Virgilii intenditur , remittitur somno , morte cessat . Tristitia , gaudii , iræ , turoris , mœroris , irritationis stupendos expende effectus , haud dubia præstò sunt vis illius argumenta : & hujus & illius vis , carnea omnis fibra particeps , insuper vi propriâ musculari dictâ insignitur . Hic autem hujus exponere mechanismum abs re foret . Triplex actio enumerata , vel motu est , vel ad motum nixus , qui à fluidis pendet & oritur : horum dotes physice explorantes , tres sibiique mutuâ opitulanies motus animadvertemus . Unum ab ipsâ fluiditate , liquida enim moleculis summè ductilibus , laxis , molibus constantia , vel levissimæ cause impellenti obsequuntur : circulatorium & projecibilem alium , quo fluida vi cordis acta , arteriarum systole pressa , muscularum actione propulsâ singulas corporis partes allunat , vivifico qualibet

3

liquore irrorant, sive totius economiae animalis ordinem tueruntur atque mechanismum. *Vitalem tertium*; intestinus dicitur, particularum in se se invicem, & in vasa impingentium motio, quā se se atterunt, atteruntur, mutant & mutantur, adeo ut succorum elaboratio succedant & defecatio. Solida inter & fluida irrequieta lucta, indefinens praeium: amico illo dissidio stat vigetque sanitas, quae quādam donatur latitudine. &c. modo nostris usibus non sit incepta; unde exigit tempes, remotè à diversâ humorum pendens fluiditate, & varia eorum determinatione, liquida enim vasis coercita, cujuslibet loci, formæ & situs capacia, infinitè diversos fluiditatis gradus ab ipsis solidorum actione nascuntur.

III.

PRO diversitate fibrarum constitutionis, tensionis scilicet, laxitatis, flexibilitatis, mollescit, rigiditas, &c. variat solidorum vis & actio; chorda non uno eodemque modo texta, tensa sibi communicatum diutius motum conservat, latius propagat; quidnig diversa fibrarum constitutio, variam ipsis imperitire energiam, & consequenter maiorem aut minorem, sexcentisque modis variatam in contenta fluida actionem? Musculi, tendinis, cujuslibet visceris usum adverte, percutre fabricam, diversam texturam intendere motum aut minorem exploratum habebitis. Ultrà refragari. Singula hominis ætates explora; incrementi, statū, decrementi causam & mechanismum meditare: pulposa primitū, molles, flexiles distensioni faciles, dein firmiores, situs tenaciores, rigidas tandem & mortui fere impares fibras agnoscet. Ex illâ fibrarum constitutione, latus & æqualis, rapidius & sèpè sèpius inordinatus, tardus & minoribus in vas vel propè nullus motus impertitur humoribus; quid plura? athletam, debilem, metem, iracundum, ingeniolum, stolidum, saenum, morbo tentatum intuere. Diversa functiones adimplendi aptitudo, ex dispari fibrarum tensione, laxitate, contractione diffimili, in contenta fluida non eadem actione: hinc infinitæ temporiei mutationes, infinita discrimina.

I V.

NISI quis noverit qualis à principio fuerit constitutio in corpore primas tenens, q̄x homini conducant, proferre par non erit. Cujusque morbi tanta magnitudo est, quantum à naturali statu recedit, quantum vero recedat, is solus novit qui naturalem habitum ad amissum tenerit, haec prima constitutio, naturalis habitus temperies cuique peculiaris à naturâ concessâ, & pro temporei diversitate, variat, & cause morbificæ vis, impetus, nec minus dispar curatoria methodus. Quā autem arduum apprimè caillere, quid temperamento adscriendum, quid denegandum; quo usque integrâ sanitate intendatur, vel remittatur tonus fibrarum. Is nodum solvit cui absolute Anatomia cognitio, perfecta humorum indoles utriusque mechanicas æquâ lance actio ponderata, quem non fugit quid possit vietus, quid valeat consuetudo; quid det solum, quid operetur aer: quem non latet strictum mentis cum corpore commercium: cuius experientia ratiocinio ducitur, ratio experientiâ fulcitur. Claudiat Medicina, sola observatione innixa; luminibus orba, solo ratiocinio suffulta; soli rationi consulens titubat sophista, observatione & experientiâ superbiens exequit empiricus, utrâque duce firmo rutoque pede incedit methodicus.

ANTIQUI Medicinæ proceres qui rerum estimatores, motū naturæ seduli exploratores, diversam diversis hominibus temperiem agnoverunt: temperamenta enim in calida, secca, humida, frigida diffinxere, nec caufam attigerunt, horum opinioni parum refragamur. Easdem diversis in hominibus præ-dominari qualitates non diffitemur, verum à variâ fibrarum constitutione repeten-das ultrò afflerimus; exinde enim vera & genuina temperiei ut ut composite faciliter negotio erues aethiologiam: nec arguas à primis rerum elementis deducendam temperiem, nos latet horumque elementorum natura & forsan in æternum nos latebit.. Objicies forsan humoris cuidam prædominantia adscribenda temperamenta: sanguini nempè, bili, &c. sive biliosum, sanguineum, &c. temperamentum. Ast ne animu[m] aliūs opinione imbuas; effectum non causam prædictas: fluida genesim à solidorum actio[n]e mutuantur, hæc non temperientorum, sed dominatantiam sive no-mina: nec instes temperiei mutationes à fluidis determinari, hæc siquidem indole, motu variant; symbolum certò conferunt; ast conjuncta semper causa vasorum actio ex quâ diversæ constitutiones quæ, ab optimâ sanitate, specie non differunt, sed majoris aut minoris ratione.

Ergo Temperamenti diversitas, à diversâ fibrarum constitutione.

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

*M. Ludovicus-Carolus-Henricus
MACQUART.*

*M. Sanctus-Ludovicus GUIN-
DANT, è Regiâ Scientiarum
Academiâ Montpeliense.*

*M. Petrus POISSONNIER,
Regis in Sacro Consilio
Consiliarius, Regi à Consilio
Medicis, in Regis Arcibus
Maritimis & Colonis totius
Medicina Praefectus, è Regiâ
Scientiarum Academiâ Par-
isiensi, nec non Brestensis,
Divisionensis, Londinensis,
Matritensis, Stockholmensis
& Petropolitana Socius, Pro-
fessor & Censor Regius.*

*M. Joannes-Franciscus-Jacobus
ROUSSILLE DE CHAM-
SERU.*

*M. Claudius-Anton. CAILLE,
è Societate Medicâ Edimbur-
genſe.*

*M. Petrus CHEVALIER DE LA
HAMONNAIS, Regi à Consi-
lius & Secretis.*

M. Joannes-Jacobus PAULET.

M. Philipp.-Alexan. BACHER.

M. Franciscus BERNARD.

Proponebat Parisis ANTON.-JOSEPHUS-VICTOR LENDORMY-LAUCOUR,
Ambianensis, Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Parisiensis Baccalaureus,
nec-non Doctor Medicus, A. R. S. H. 1780. AB OCTAVA
AD MERIDIEM.